

## 15

Περὶ ἐκβαθύνσεως τῶν τάφρων Χάνδακος. Αἱ δαπάναι τῆς ἐκβαθύνσεως, ὡς πάντοτε, θέλουσι βαρύνη τὸ κοινὸν τοῦ Χάνδακος, ἄνευ ἐπιβαρύνσεως τῆς κοινότητος. Τὸ ἔξαχθησόμενον χῶμα νὰ στρωθῇ εἰς τὸ πεδίον Κατσαμπᾶ, ὥστε μὴ ἐπέλθῃ βλάβη εἰς τὸν λιμένα ὥστε δήποτε. 1372, Μαρτίου 19.

F<sup>o</sup> 43<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXII, die XVIII Marci.

Capta. Cum fosse ciuitatis Candide a bono tempore citra fuerint amonite et stando sicut stant, stant cum magno periculo ciuitatis predicte, et pro multis respectibus sit utile ymo necessarium uelociter prouidere de faciendo eas cauari, 5 sicut seruari et fieri solebat; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs Crete ac capitaneo nostro ibidem quod faciant cauari ipsas fossas per modum solitum et eciam per publicum ciuitatis et burgi, ita quod commune nullum onus sentiat uel aliquid expendat pro ista causa et tenendo modum abiliter de faciendo fieri istud cum quam minori onere et grauitate poterunt nostrorum pheu- 10 datorum et aliorum ciuium et fidelium nostrorum deinde. Faciendo prohici terrenum quod cauabitur in ualli que uadit uersus Cazamba, ita quod non fiat 12 damnum portui ullo modo.

## 16

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους. 1372, Ιουνίου 14.

F<sup>o</sup> 54<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXII, die XIII Junij.

Capta. Quod juxta solitum subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete, quod eorum mercationes subtileς quas presentauerint duche et consiliarijs Crete a die primo Septembris usque dies VIII mensis Octubris proximi, qui dictas mercationes ponи faciant sub suis clauibus et sigillo possint facere conduci Venecias cum nauigijs disarmatis recedendo inde per totum dictum men- 7 sem Octubris cum omnibus modis et ordinibus ac condicionibus solitis.

## 17

Ωσαύτως. 1342, Ιουλίου 30.

F<sup>o</sup> 61<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LXXII, die penultimo Julij.

Capta. Quod subueniatur nostris mercatoribus conuersantibus in partibus Crete, Coroni et Mothoni, quod possint mittere ad dicta loca pannos et mercationes suas cum nauigijs disarmatis recedendo hinc usque dies xx mensi Augusti 5 proximi, soluendo nabulum galearum quod ueniat in commune.

## 18

Ἐπισπεύδεται ἡ πληρωμὴ τῶν ὀφειλομένων δόσεων, ὑπὸ τῶν τιμαριούχων, ἐπὶ ἀπειλῆ πλειστηριασμοῦ τῶν ἐνεχύρων. 1372, Αὔγουστου 10.

